



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones  
Lectissimorvm Casvum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Carthusianus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

vel uesciret contritionem esse necessariam, vel modum illam excitandi. Nauarr. & Coninc. quamuis contrarium doceant Suar. & alij 3. Neque cum simili periculo docere, qui ab haeretico concionatore seducuntur, ita ut vincibiliter veritatem ignorent: vel qui cum eadem ignorantia contractum iniustum celebrant: vel cum quis filiam vult prostituere, et si filia illa videatur spiritualiter peritura. Coninc & Lorca. contra Valent. Neque si infans alias sine baptismo sit moriturus, ut docet Sotus & Sa. Sed in hoc contrarium affirmant Suarez & alij 7. p. 3. tr. 5. ref. 50 & 51.  
 4 Qui est in peccato mortali, non tenetur pro aliena salute vitam suam periculo exponere, nisi periculum esset mortis inferendae in odium fidei, vel pietatis; quia enim tunc esset martyrium, sola attrito sufficeret: alias contritio semper potest esse dubia. Hurtad. p. 5. tr. 13. ref. 23.

## Carthusianus.

**C**arthusianum extra hunc morbum, seckiso etiam scandalo, non posse comedere carnes sine peccato mortali, communius docent Vasqu. Salas. Nauarr.

Nauarr. et si contrarium quidam doceant cum sà ex eo quòd non teneatur abstinere ex voto, sed tantum ex consuetudine p. 3. tr. 2 ref. 39.

2 Carthusianus etiam in articulo mortis non tenetur comedere carnes, sed potest tamen; vnde qui inscio præberent cibos ex carnibus, non peccarent. Sanchez & alij 3 p. 5. tr. 3. ref. 136.

Casus reservatus.

1 IN dubio an casus sit reservatus, præsumitur non reservatus, & potest absolui; quia reseruatio est odiosa, & per consequens strictè interpretanda. Suar. & alij 6. p. 4. tr. 3. ref. 4.

2 Casus reservati Superiori, non pertinent ad Nouitios: quia ad onera Religionis non tenentur. Azor. & alij 15. p. 3 tr. 2 ref. 110.

3 Non videtur Superior, vi decreti Clement. VIII. posse reseruare furtum, quo Religiosus aliquid alteri Religioso vel seculari abstulit, etiam quatenus est peccatum proprietatis. Quia Pontifex concessit tantum Superioribus Religionum reseruationem furti de rebus monasterij, & conuentus. Ledesm. p. 1. tr. 6. ref. 44. & 45.

4 Reo